IRIMBERTUS ADMONTENSIS
12. Jh. Seite 3r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26487
Copyright: Admont, Benediktinerstift



helimelech. & uxor eius noemi. Et helime
lech quod interpretatur dominus meus rex. naturalis lex
accipitur quae cepit in primitiua ecclesia pa
triarcharum abel scilicet & Enoch. noe. & ab
raham. & aliorum sanctorum patrum. quorum uita lauda
bilis. bona de se reddidit flagrantia opi
nionis. Naturalis quoque lex erat. & hoc exigebat.
ut quicumque homines fieri nollent. alius
non facerent. & quos bona & utilia puderent.
alius libenti animo exhiberent. Et duos
autem filios quorum alter uocabatur chelion. alter
maalon. lex scripta. & prophetia designa
tur. quia per legem naturalem. lex subintrauit
moysi. & per legem moysi. oracula prophetarum
sunt subsecuta. Quorum per chelion lex scripta. & per
maalon prophetia non integrae accipi possit.
ipsorum interpretatio nominum aptae innuit.
Chelion enim omnis dolor: siue consummatio.
et de principio interpretatur. Satis quidem con
uenienter lex idem omnis dolor dicitur. quia quidquid do
loris. quidquid amaritudinis. peccata affer
rent. non agnoscebatur in lege. quemadmodum
Paulus ait. Peccatum enim nescieba[m] nisi per legem.
Consummatio autem idem dicitur. quia ut denuo
Paulus ait. finis legis christus est. Maalon in
terpretatur de fenestra. Et quidquid per fenestram con
uenientius quam prophetia ualet accipi. Et fenes

Naturalis lex.

Lex scripta.

Prophetia.